

quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Fæminis longiusculum spatium. Verum columbis inest quidam & gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, varietatemque dispositam: quin etiam ex volatu queritur plaudere in celo, varietatibus; sulcare. Quæ in ostentatione ut vincit præbentur accipitri, implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarum humeris eliditur, alioquin soluto volatu in multum velociore. Speculatur occultus fronde latro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.

## De tinnunculo.

CAP. XXXVII.

**O**bid cum ijs habenda est avis quæ tinnunculus vocatur. Defendit enim illas, terretque; accipitres naturali potentia, in tantum, ut visum uocemque; eius fugiat. Hac de causa præcipuus columbis amor eorum. Feruntque; si in quatuor angulis defodiatur in ollis nouis oblitis, non mutare sedem columbas: quod auro insectis alarum articulis quasiere aliqui, non aliter innoxii vulneribus, multiuaga alioquin aue. Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoque; comitiores reuerti. Quin & internuncie in rebus magnis fuere, epistolas annexas earum pedibus obsidione Mutinensi in castra consulum Decimo Bruto mittente. Quid vallum & vigil obsidio, atque; etiã retia amne prætenta profuere Antonio, per celum eunte nuncio? Et harum amore insanunt multi, super tecta exadificant turres ijs, nobilitatemque singularum & origines narrat, vetere iam exemplo. L. Axius eques Romanus ante bellum ciuile Pompeianum denarijs quadringentis singula paria venditauit, ut M. Varro tradit. Quin & patriam nobilitauere, in Campania grandissima prouenire existimata. Harum volatus in reputationem cæterarum quoque; volucrum nos impellit.

## De volatu &amp; incessu auium.

CAP. XXXVIII.

**O**mibus animalibus reliquis certus & uniusmodi, & in suo cuique genere incessus est: aues solæ vario meatu feruntur, & in terra & in aere. Ambulant aliqua, ut cornices: saliant aliqua, ut passeret, merula: currunt, ut perdices, rusticula: ante se pedes iaciunt, ut ciconia, grues: expadunt alas, pedesque; raro interuallo quatunt, alia crebrius, sed & primas dumtaxat penas: alia & tota latera pandunt. quædam vero maiore ex parte compressis volant. percussioque; semel aliqua & gemino ictu aere feruntur: velut inclusum eum prementes, eiaculantur sese in sublime, in rectum, in prouum. Impingi putet aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Anates solæ, quæque; sunt eiusdem generis, in sublime protinus sese tollunt, atque; e vestigio caeli petunt, & hoc etiã ex aqua. Itaque; in foueas quibus feras venamur, delapsæ solæ euadunt. Vultur, & fere grauiore, nisi ex procursu, aut altiore cumulo immixta non euolant, cauda reguntur. Alia circumspiciunt, alia flectunt colla. Nonnullæ rescuntur ea quæ rapere pedibus. Sine voce non volant multa: aut è contrario semper in volatu silent. Subrectæ, prone, obliquæ in latera, in ora, quædam & resupina fe-

runtur: ut si pariter cernantur plura genera, non in eadem natura meare videantur.

## De apodibus.

CAP. XXXIX.

**P**urimum volant quæ apodes, quia careant visipedum, ab alijs cypseli appellantur, hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt quæ toto mari cernuntur. Nec unquam tam longo naues, tamque; continuo cursu recedunt à terra, ut non circumuolent eas apodes. Cætera genera residunt & insistent: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent aut iacent. Et ingenia æque varia, ad partum maxime.

## De caprimulgis &amp; plateis.

CAP. XL.

**C**aprimulgi appellantur gradioris merula aspectu, fures nocturni: interdum enim visu carent. Intra pastorum stabula, caprarumque; verberibus aduolant suctum propter lactis, quæ iniuria verberemur, caprisque; cæcitas quas ita mulsere oboritur. Platea nominatur aduolans ad eas quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripient, donec capturam extorqueat. Eadem cum deuoratis se impleuit coctis, calore ventris coctas euomit, atque; ita ex ijs esculenta legit, testas excernens.

## De ingenijs auium.

CAP. XLI.

**V**illaribus gallinis & religio inest: Inhorrescunt edito ouo, excutiuntque; sese, & circumacta purificat, ac festuca aliqua sese & oua lustrant.

## De carduele, &amp; psittaco, &amp; auibus quæ loquuntur.

CAP. XLII.

**M**inimæ auium carduales imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus & ore pro manibus. Est quæ bouum mugitus imitetur, in Arelatensi agro taurus appellata, alioquin parua. Est quæ equorum quoque; hinnitus, anthus nomine, herba pabulo aduentu eorum pulsa imitatur, ad hunc modum se ulciscens. Super omnia humanas voces reddit, psittaci quidem etiã sermocinantes. India hanc auem mittit, psittacem vocat, videntem toto corpore, torque tantum miniatum in ceruice distinctam. Imperatores salutatur, & quæ accipit verba pronuntiat, in vino præcipue lasciuat. Capiti eius duritia eadem quæ rostro. hoc, cum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Cum deuolat, rostro se excipit, illi innititur, lenioremque; se ita pedum infirmitati facit. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, sed expressior loquacitas certo generi picarum est. Adamant verba quæ loquuntur. Nec discunt tantum sed diligunt: meditanturque; intra semet, cura atque; cogitatione intentionem non occultant. Cõstat emori victas difficultate uerbi, ac nisi subinde eadem audiatur, memoria falli: querentes mirum in modum hilarari, si interim audierint id uerbum. Nec vulgaris ijs forma, quæ uis non spectanda. Satis illis decoris in specie sermonis humani est. Verum addiscere alias negant posse, quam quæ ex genere earum sunt, quæ glande rescuntur: & inter eas facilius, quibus quini sunt digiti in pedibus, ac ne eas quidem ipsas nisi primus duobus vitæ annis. Latior ijs est lingua: omnibusque; in suo cuique genere, quæ sermonem imitantur humanum, quanquam